

74



Wimmelband

U. q. 97.



7

CONTR O
VERSIARVM
illustrium.

Ex tit. 6. lib. 4. Inst. Justin.

De reliquo actionum jure:

DISPUTATIO VIGESIMA
prima:

Quam

Autore Deo ter Opt: Max.

PERMISSV ET AVTORITATE NO-
bilis. & ampliss facultatis Juridicae in
inclita & celeberrima Salana:

Sub praesidio

Philippi Henrici Hoenonij Dieto
zensis Nassouij.

Propugnare conabitur:

CHRISTOPHORVS LANGIVS.

Ad diem 24. Decemb. loco horisq; con-
suetis.

I E N A E

Excudebat Salomon Richtzenhan,

ANNO MD. DC.



CLARISSIMIS, CONSVL-
TISSIMIS, ET DOCTRINARVM, VIRTU-
tum ac politicarum rerum vsu praestan-
tissimis viris;

Domino TOBIAE LAGO. I. V. D. & Dn.
MATTHAEO Görsen Secretario, Illustrissimo &
Celsissimo Principi ac Domino, Domino
Iohanni Ernesto Duci Saxoniae &c.
à consilijs intimis;

Haec assertiones

*In faelicis currentis novi anni
auspiciis faelix,*

Academici exercitij Symbolum,

Dicando consecrat, & addicendo
humilimè offert

Christophorus Langius
Respondens.





Controversiarum illustrium posuio. I.



Actionum (a) quædam bonæ fidei sunt: quædam stricti juris; (b) Illa est, cui præter conventionis legem essentialiter suapte natura bona fides inest, ut eius gratiâ quid ex bono & æquo præstetur.

Ex §. 28. & tit. 6.

Stricti juris contra, quæ præter negotij contracti factive legem, aliam fidem essentialiter inhærentem non habet. (c)

(a) §. 28. h. 1. in quo omnes bonæ fidei actiones enumerantur; quod sequentibus rationibus probo I. per eundem §. ibi, bonæ fidei sunt Hæ &c. II. Quoties in libris Juris nostræ quædam certi alicuius generis species recensentur, non etiam omnes, toties abijciuntur hæc verba; Et alia innumerabiles §. jus autem gentium 3. versic. Et ex hoc iure gentium supr. de j. n. g. & C. Aut verba hæc; Et cætera similes §. Præterea quædam 31. b. 2. n. l. juris gentium 7. §. 1. ff. de pact. Vel hæc; Et alia complures §. in personam quoque 8. supr. h. 1. & id genus alia, quibus omissæ species significantur. III. Imperatori in d. §. 28. propositum erat, nos docere quænam sint actiones bonæ fidei. Illud autem duobus tantum modis fieri potest, nimirum aut definitione aut omnium actionum bonæ fidei enumeratione. Atqui nulla definitione id nos docuit. Ergo necessario consequitur, omnium bonæ fidei actionum specierum enumeratione id præstitum esse; Alias enim nec sibi, nec alijs satisfecisset. Et hanc sententiam Dd. communiori calculo amplectuntur in d. §. 28. Zas. n. 18. Donel. n. 34. & seq. Harpr. n. 23. Schn. Ias. n. 27. Vultei. lib. 2. Jurispr. Rom. c. 4. n. 25. Lorient: in tr. de action. axiom. §. 0. & seqq. Borch. ad 1. ff. de in lit. jurand. c. 4. n. 64. Bocer. ad l. 23. c. 2. n. 3. in fin. ff. de R. I. Diss. Coras. in d. §. 28. n. 6. & ibid. Baro, Hot.

A 2

actioni-

actionibus, Negotiorum gestorum, Mandati? &c. Summe &
ille bonafidei? Id communiter Dd. affirmant, quos sequor.
Cum enim in genere de act. negot. gest. Mandati, depositi &c.
Imp. eas bonafidei esse affirmet, utiq; de nulla specie, siue directa
siue contraria illa sit, illud negare poterimus; siquidem in ge-
nere aequè directa ac contraria negot. gest. Mandati &c. actio
sit, & ubi leges non distinguunt, ibi nec nostrum est distinguere
l. de pretio s. ff. de publ. in rem act. In genere autem loquitur
Imp. Ergo. Deinde expressè hac sententia in specie de negotio-
rum gest. actione probatur ex l. si quis absentis s. pr. ff. de O. &
Act. III. Facit natura negotiorum, quae in harum actionum
contractibus & causis insunt. Ea enim ita sunt comparata, ut
bona fides essentialiter ipsis insit, cuius ratione multa ex equo
& bono praestari conveniat d. l. 5. Ita Dd in d. §. 28. Ias. Schn.
Zaf. n. s. & seqq. Donel n. 19. Harpr. n. 21. Hanc distinctionem
quidam iure Canonico sublatam asserunt; quibus assensum non
praebeo; Discrepantia enim inter ius civile & Canonicum, nisi
expressa sit, inducenda non est c. 1. & 2. de op. nov. nunc. l. 12.
C. de SS. Eccl. Ias. in l. si post in ult. collat. ff. si quis caut. jud.
sist. Et regula est, quando sumus in materia peccati, statu-
tum de iure civili obtinet etiam de iure Canonico, nisi contra-
rium reperiatur expressum Ias. in l. quod te mihi s. n. 34. ff. so-
cert: pet. Ves. in d. §. 28. Facit etiam text. in c. cum venera-
bilis ubi Panorm. extr. de except. c. cum Ecclesia extr. de caus.
poss. & propr. ubi gl. & eadem in c. fin. extr. de pos. Covar. p. 2.
relect. in c. possessor §. 6. n. s. Bocer. ad l. 23. c. 2. n. 4. ff. de
R. I. Diss. Bald. in c. r. de plus petit. in fin. Ias. in l. cum
fundus q. 31. n. 3. ff. de reb. credit. Mozz. in tr. de contr. in
genere art. 4. n. 29. (b) d. §. 28. Bona fides autem hic oppo-
nitur stricto iuri, non in eà significatione, quâ eadem bona fides
opponitur malefidei, sed bona fides hic significat bonum &
equum, ut & in l. 1. ff. de act. Empt. l. si domum 45. p. Locat.
& pro-

Et proinde equè ac ipsum equum Et bonum rectè stricto Iuris
opponitur Kling. in enarr. ad d. §. 28. ubi etiam Vultei. n. 3. 4.
Sch. Berch. Donel. Bronch. cent. 4. ass. 32. Diss. Ioh. Fab. Platea.
Zas. n. 2. Ias. n. 2. 3. qui hanc distinctionem planè reijciunt. Per-
peram. Est enim divisio hæc desumpta ex formali sive essentiali
cuiuscunq; actionis adiuncto, Et proinde non ex solius legistato-
ris arbitrio dependet, utrum actio bonæ fidei aicatur vel stricti
Iuris. Ex ipsis enim negotijs, Unde actiones oriuntur, hæc di-
stinctio originem habet. Et quemadmodum negotia ipsa qua-
dam sunt bonæ fidei, hoc est ita comparata, ut omnino Et na-
tura velint aliquid prestari attentâ amicitia, familiaritatis Et
societatis ratione, quò id æquius Et melius esse poterit l. 2. in
fin. l. §. in pr. ff. de O. Et A. l. C. l. 10. ff. pro loc. Quædam contra
sunt stricti Iuris, Et id non permittunt, sed extra familiarita-
tis, societatis, amicitiaq; fidem persistunt l. bonæ fides ff. depo-
siti l. domum ff. de contrah. Empt. §. fin. supr. de societ. Cov-
p. 2. relect. in c. possessor §. 6. n. 3. Ita quæq; Et ipsæ actiones ex
negotijs illis natae non possunt non aut bonæ fidei, in quibus multa
ex æquo Et bono prestentur, aut stricti Iuris esse, Et solam legem
Et fidem conventionis sequi citra illam societatis, familiarita-
tis, Et amicitia fidem. Fac. l. eum qui 22. ff. de donat. l. ex empto.
11. §. quia autem vs. vers. neq; enim ff. de act. Empt. l. domus, 57.
in fin. ff. de contr. Empt. l. hoc Iure 152. §. fin. ff. de R. I. l. quero pr.
ff. Locat. Donel. in d. §. 28. in fin. Et ibid. Ang. Schneid. Myns.
Harprecht. Gædd. in tr. de contr. stip. c. 3. n. 143. Et c. 8. concl.
1 n. 2. Diss. Wesenb. in d. §. 28. Hinc apparet doli exceptio-
nem vel explicationem in iudicio stricto oppositam id ipsum in
bonæ fidei iudicium transformare non posse. Stricti Iuris enim ef-
se, propriam ac essentielle actionum stricti Iuris adiunctum est, Et
proinde ex accidenti ita immutari non potest. Sunt enim propriae

adiuncta immutabilia, adeo ut si quis ea tollat, ipsam rem sustulisse, eiusque substantiam evertisse videatur. Late & eleganter Gædà. in tr. de contr. stip. c. 8. n. 28. & seq. Diss. Cuiac. lib. 3. observ. 17. & lib. 8. obs. 16. Exinde pariter sequitur, per pacta privatorum adiectam stricti juris iudicio clausulam consuetam *Alles trewlich vnd ohne gefehrde* id ipsum in bonæ fidei iudicium transformare non posse; Pacta enim contra substantiam contractus nullius sunt momenti l. cum ratio 12. & ibi Br. ff. de precar. l. si educationis 3. C. de contrah. empt. §. pretium §. item pretium. Inst. de Empt. vend. nec remitti possunt pacto, que sunt de essentia rei l. nec ex Pretorio ff. de R. I. l. ius publicum & ibi Dd. de pact. nisi contractus species mutetur l. cum manu lata 80. §. fin. & ibi Dd. l. 72. in fin. pr. de contr. Empt. Schrad. p. 2. feud. c. 2 n. 27. 28. & seqq. Gædà. in d. tr. de contr. stip. c. 8. concl. 1. n. 25. ubi eleganter clausulam *Alles trewlich vnd ohne gefehrde* explicat. Diss. Vesenb. in d. §. 28. secutus Baldum lib. 1. consil. 343. (c) Si enim distributio ex proprio essentiali harum actionum adiuncto bona nimirum fide vel stricto iure est de summa, (ut supra probavimus) utiq; etiam species eius distributionis singule ex eo ipso erunt definiende siquidem in eius coniunctione cum harum actionum sine forma consistit; Diss. Dd. variè. Quidam ex iudicis potestate has actiones definiunt Don. n. 7. Myns. n. 10. Harpr. n. 9. Althus. lib. 2. I. R. c. 3. Coras. lib. 7. miscell. c. 8. Bronchorst. cent. 4. ass. 32. Quidam ex formularum conceptione Hotom. Vesenb. Borch. ad d. §. 28. Alij deniq; ex exuberantia vel defectu bonæ fidei Schn. n. 4. & Mud.

2. Arbitrarie actiones præter prædictas tertiam speciem non constituunt:

ex §
31. I. propter d. §. 28. h. t. qui duo tantum actionum genera
tit. constituens nulla alia præterea agnoscit, & proinde ei standum,
6. donec contrarium probetur. II. propter l. 3. §. in hac actione ff. commo-

commodat: ubi tantum haec duo iudiciorum genera referuntur.
Idq; etiam sic alibi, cum haec duo tantum genera iudiciorum in-
ter se conferuntur, hoc omisso, quod Dd. volunt tertium. III.
propter l. 1. & 2. §. haec autem actio §. seq. ff. de eo quod cert.
loc. Br. in l. vn. C. ubi conven. qui cert. loc. & in l. 2. §. haec
actio ff. quod cert. loc. Ias. & alij in l. 5. n. 23. & seqq. de in lit.
jur. glo. Ioh. Fab. Ias. n. 4. Zas. n. 4. Mud. n. 2. vers. omnium Schn.
n. 8. Kling. in enarr. Vvesenb. n. 4. in §. 31. h. t. Diss. Baro,
Myns. Hor. Donel. Borch. Harpr. ad §. 31. Duar. in l. in actioni-
bus s. vers. planè & ibid. Donel. & Coras. ff. de in lit. Iur. Coras.
lib. 4. Miscel. c. 12. Quid ergo? Sunt ne bonafidei an stricti Iu-
ris? Eas naturà & origine stricti Iuris, tamen si ex accidenti
aliqua causa, nimirum contumacia vel conventionis lege fiant
arbitrariae, frequentiori stylo receptum est; id quod & nos se-
quimur; Quod non sint bonafidei manifestè probatur arg. d. §.
28. h. t. Vbi Imp. omnes bonafidei actiones in unum q. fascicu-
lum collegisse communis conclusio est, quam supra probavimus.
In earum autem numero non reperiuntur ea, quae dicuntur ar-
bitrariae. Ergo. Deinde redarguitur ea opinio apertissimè ab
Ulp. in l. Papinianus 14. ff. de publ. in rem act. §. l. sed etsi 21.
ff. sol. matrim. l. huiusmodi 84. §. si certum ff. de leg. 1. l. 18. §.
ult. commod. l. is cui pr. de furt. Et Paul. in l. in bonafidei 7. ff.
de eo quod cert. loc. dicit, arbitrariae actioni locum non esse, ubi
competit actio bonafidei. Sic etiam à Martiano in l. 5. ff. de in
lit. Iur. Papin. in l. 3. §. 1. à Paulo in l. videamus ff. de usur. se-
parantur. gl. Ioh. Fab. Arg. Ias. Vultei. in d. §. 31. Quod verò
natura stricti Iuris sint, & per accidens demum fiant arbitra-
riae, inductione exemplorum comprobatur. Stipulatio, mutuum,
contractus sine dubio stricti Iuris sunt, quemadmodum & acti-
ones inde natae; nec tamen minus de his constat, eas saepissimè re-
periri arbitrarias, puta: Si mutuum datum sit, ut certo loco red-
datur, vel certo tempore, aut aliquid in stipulationem sit de-
ductum.

*ductum, ut certo loco detur aut certo die, per l. 1. & 2. §. hec au-
tem actio §. seq. §. non utiq. §. quia & seq. l. 3. l. 4. l. 6. 7. in fin. l.
8. l. 9. & ult. ff. de eo quod cert. Et sic de ceteris. Ias. in l. 5. n.
7. ff. de in lit. jur. & in d. §. 31. n. 27. ibid. Schneid. Zas. Vvesenb.
Kling. & Dd. communiter; Gædd. in tr. de contrab. stip. c. 11.
concl. 1. n. 7 & 8.*

3.
§. 35
A. 6.
Si quis aliud pro alio intenderit, in eodem judi-
cio cognita veritate, errorem suum corrigere ei per-
mittitur:

*Veluti: si is, qui hominem Stichum petere deberet, Eroten
petierit, aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit,
quod ex stipulatu debetur. §. 35. h. t. Hinc apparet veritati
consentaneam esse eorum opinionem qui libelli mutationem ad
sententiam usq. definitivam permissam esse existimant; Impe-
rator enim in d. §. 31. correctionem libelli in eodem iudicio fieri
permittit. Atqui quod ante litem contestatam sit, in iudicio fieri
dici nequit, cum ea iudicij sit initium l. 1. C. de lit. contest. Vbi
Cuiac. in paratit. Ergo Imp. concedit, ut post litem contestatio-
nem libellus mutetur. Idem probatur per l. edita actio C. de
edend. ubi libelli mutatio simpliciter permittitur, nullo habito
discrimine an lis contestata fuerit, nec ne. Ergo simpliciter
quoq. accipienda est, ita ut quocunq. tempore libellus corrigi pos-
sit arg. l. item veniunt 20. §. petitam 11. circ. fin. ff. de hoc part.
l. 1. §. pen. ult. ibi, quod non puto verum; Pretor enim simpli-
citer ait, ff. de aleat. Tertio facit l. 4. §. ult. ff. de nox act. Vbi
post litem contestationem actio ita mutatur, ut ex directa fiat
noxalis, vel contra ex noxali directa, proinde substantia libelli.
Ea enim mutari dicitur, quando veteri actione relicta, propo-
nitur nova, vel omisa re initio petita, alia postulatur. : Emen-
dari vero quando mendum, hoc est, error, substantia libelli salva
remanente tollitur Myns. resp. 100. n. 11. 12. & 13. decad. 10. & in
34. h. t. n. 2. & 3. Quarto facit, quod in dubio libellus sustineri
debet.*

debet l. si quis 66. ff. de iudic. Item quod sufficiat ad sustinendum libellum, & disceptandam de finitendamq; litem, si post appareat debitum, etiamsi in summa vel causa vel corpore fuerit erratum initio. Quinto; ut ex iure superveniente firmatur petitio, quamvis absq; iure instituta l. si rem 9. §. vlt. ff. de pign. act. Ita non est absurdum ex approbatione & apparente deinceps veritate infirmari eam & suppleri: Nam sententia fertur conformis libello, quando probationes libello congruunt l. ut fundus 18. ff. comm. divid. l. vlt. C. de fideicom. lib. Nec consentaneum est contra veritatem ferri sententiam oportere aut ob aliquem errorem petitionis reum absolvi, postquam planum factum est, quid quantumq; debeat; Nam hoc alio iudicio obtineret actor. Cur ergo non & eodem, praesertim cum in iure aequitas potissimum sit spectanda? l. placuit 8. C. de iudic. l. in omnibus 90. ff. de R. I. Sic qui rem cepit vindicare, potest interdicto agere l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acq. poss. Sic post litem contestatam poenitere regulariter non licet l. electio 26. §. neq; 5. ff. de noxal. act. ex iusta causa licet, quae ex omni generali dispositione intelligitur excepta l. 26. §. neq; vers. ex causa etiam lite contestata tibi succurrendum, C. de appellat. Atq; ita sentiunt Dd. in §. 34. ff. h. t. Thomas Linius, Gabriel Madaus, Matth. Vesemb. Cuiac. & Speckhan cent. 1. quest. 65. Donel. ad d. §. 34. Diss. Canoniste in c. inter, de fide instrumentorum Alciat. in l. edita actio 3. C. de Edendo Ias. in §. 1. n. 157. supr. h. t. Zas. in d. §. 34. Petr. Ferrariensis in pr. aur. in form. libelli, in actione reali, in verbo: Salvo iure addendi n. 8. Geil. lib. 1. observ. 51. n. 9. & observat. 74. n. 4. & seqq. Vesemb. cons. 18. n. 3. & 5. part. 1. Bronch. cens. 1. ass. 28. Non obstat quod dicitur in l. non potest 23. ff. de iudic. Non posse videri iniudicium venisse quod post iudicium acceptum accidisset, ideoq; alia interpellatione opus esse; Item quod dicitur in l. ut fundus 18. ff. comm. divid. Ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestatem iudicis non posse.

¶

Viriusq;

Viriusq; legis veram interpretationem vide apud Iohan. Harpr.
ad. d. §. 35. h. 1. Non obst. etiam Novel. 11. cap. 2. & 3. ubi actor
cautionem prestare iubetur, se usq; ad litis finem in eodem iu-
dicio permansurum; unde inferunt actorem actionem semel in-
stitutam mutare non posse. Resp. enim eam Nov: non agere de
ijs, qui in totum actionem deserunt, de quibus nos loquimur;
sed de ijs, qui ad tempus eam intermittunt, ea mente ut alio tem-
pore eandem peragant litem; Vnde sole clarius apparet, nihil in
ea. Novella de libelli mutatione tractari.

4. Sunt quaedam actiones quibus non semper soli-
ex § dum, quod nobis debetur persequimur, sed modò so-
36 lidum, modò minus; a) Veluti si de dote in iudicio
37. mulier agat, (b) aliquis cum parente suo patronove,
38. socius cum socio, (c) Item creditor cum eo qui bonis
& suis cessit. (d)

ult. a) §. 36. h. 1. (b) §. 47. h. 1. Virum verò etiam socer ma-
riti, hoc est, pater, uxoris à genero suo ex promissione dotis con-
ventus non nisi in id quod facere potest condemnabitur? Aff.
cum Harpr. ad d. §. 37. n. 13. & 14. per l. sicut 21. cum l. seq. ff. solut.
matrim. (c) §. 38. h. 1. ubi Rationem vide apud Harpr. n.
3. & 3. Sed an & frater à fratre actione quadam conventus
hoc beneficio frui possit, ambigitur? Affirmantium opinio arri-
det; I. Quia non solum dicuntur conveniri in id, quod facere
possunt, parens, patronus, patrona; sed & liberi eorum l. sunt qui
16. & l. seq. ff. de re iud. Quod sanè hanc significationem habet;
ut non tantum liberi eorum non possint conveniri à superiori-
bus; sed nec liberi ipsi inter se. Ipsi autem liberi inter se sunt
fratres. Deinde idem apertius confirmatur argumento ducto
ex l. verum 63. ff. pro soc. Vbi beneficium istud ideo socio conce-
ditur; quia fratris loco habetur. Ergo multò magis fratri con-
cedi debet. Nam propter quod unumquodq; tale est, illud ma-
gis tale est; Fab. Ias. Myns. & Wesenb. in d. §. 38. Harpr. n. 6. Diff.
Accurs.

Accurs. Bald. Mud. & alij in d. l. verum 63. Zas. in d. §. 38. n. 3.
ibid. Schneid. n. 2. Militi qui sub armata militia meruit stipen-
dia, privilegium huiusmodi competere diserè scribit Vlp. in l.
miles 6. & l. 1. §. ff. de re iudic. An autem advocati, Doctores &
Clerici istius sint participes, controversum est? Negantem Duar.
in d. l. 6. & Harpr. d. loc. n. 10. sequor; I. quia predictæ ll. nomi-
natim loquuntur de armata militia. II. quia utrobique non ea-
dem subest ratio. Milites siquidem cum max. mo salutis sue vi-
reg, periculo pro aris & focis pugnant, & Rempublicam defen-
dunt. Advocati autem & ceteri, licet egregiam Reipublicæ na-
vent operam; non tamen in eodem, quo milites, periculo versan-
tur. (a.) §. fin. h. 1. Non incommode hoc loco queritur: Virum
debitor ex L. Aquilia, qui propter inopiam damnum, quod dedit
alij, resarcire non potest, ad cessionem admittatur? Res plana
erit, si cognoverimus, utrum in pœna, quæ respectu debitoris tan-
tum est pœna, respectu autem creditoris rei persecutio, bonorum
cessioni su locus. Et cerè tametsi plerique contradicant, verius
est, pœnam, quæ non merè est pœna, sed respectu creditoris est rei
persecutio, & ei damni illati loco addicitur, non esse ob delin-
quentis inopiam in corporalem mutandam, ac eoq, in eâ cessionem
locum habere posse; Ita sentiunt Ioan. Andr. & Abbas Pa-
norm. in c. Odoardus, de solui. Quos sequitur Covar. lib. 2. var.
resol. 1. n. 8. Harpr. ad d. §. fin. n. 7. & 8. Quid statuendum de eo,
qui beneficio huic renunciarit, & pactus est cum creditore suo
se bonis non cessurum? Ei beneficium hoc indulgeri non debere,
verius arbitror arg. l. si quis in conscribendo 29. C. de pact. l. si
iudex 41. ff. de min. 25. an: Nov. l. 36 c. 1. in quibus locis omnibus
citur; Vnicuique integrum esse his, quæ ipsi à lege concessa sunt
renunciare; Harpr. ad d. §. fin. n. 12. 13. à quo dissentit Bronch-
cent 4. ass. 20. Is verò qui debitum negavit à principio & postea
confessus est, hoc cessionis subsidio se indignum non facit; Textus
est in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Vbi habetur iudicatum. id est.
damna-

demeritum bonis cedere posse, ne in carcerem detrahatur. Ex
quo clarè evincitur; debitorem qui negavit debitum, hoc testio-
nis beneficio non privari. Eum enim, qui condemnatus est, de-
bitum negasse oportuit; cum iudicium in invitum & contradi-
centem reddatur l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de V. O. & in
confessum in iudicio, nullæ sint partes iudicis, sicq; sententia nul-
la proferatur; l. post rem. 56. ubi Duar. ff. de re jud. Harprecht.
d. loc. n. 14. & seq.

C O R O L :


I. In actionibus mixtis, aut pœnalibus, si plures
deliquerint, quod vnus præstitit, pœnæ nomine, non
liberat alios; Bronch. cent. 4. aff. 34.

II. Quoties concurrunt plures actiones eiusdem
rei nomine, vna tantum quis experiri debet: Bronch.
cent. 4. aff. 35.

III. Pœnæ à legibus nominatim sunt impositæ,
neque pendent à mero iudicis arbitrio; Bronch. cent.
4. aff. 68.


F I N I S.













155054

AB 155054

ULB Halle


3

004 829 352




VD 17





155





CONTR
VERSARVM
Illustrium,

Ex tit. 6. lib. 4. Inst. Justin.
De reliquo actionum jure:
PVTATIO VIGESIMA
prima:
Quam
Autore Deo ter Opt. Max.
MISSV ET AVTORITATE NO-
bilis. & ampliss facultatis Iuridice in
inclita & celeberrima Salana:

Sub praesidio
Philippi Henrici Henonij Dietz
zensis Nassouij .
Propugnare conabitur:
CHRISTOPHORVS LANGIVS.
diem 24. Decemb. loco horisq; con-
fuetis.

I E N A E
udebat Salomon Richtzenhan,
ANNO MD. DC.